



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE QVAESTIO-
NIBVS ET TORTVRIS.

AD QVAS
DIVINI NUMINIS AVXILIO SVB
PRAESIDIO CLARISSIMORVM AC CONSVLTISSIMORVM
virorum D. Iohannis Michaëlis Cronenburg,
& D. Iohannis Hollandt, SS. LL. Licentiatorum Dictatoris
& Fisci, in celeberrimo Iurisconsultorum
apud Vbios Collegio publicè
respondebit.

LAVRENTIVS Beeck.

*Anno Virginei partus MD. XCIII.
XIIII. Kalend. Septemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE Aaa
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

104
97

DE OVAESTIO

NIBVS ET TORTVRIS

AVVILIO SVV

LAVRENTIVS

AVVILIO SVV

AVVILIO SVV

AVVILIO SVV

AVVILIO SVV

CONTINUATIO.

Exposita ratione faciendorum, exhibendorum, & custodiendorum reorum, expositisq; varijs iudicijs, quibus varia crimina coercentur; (a) tempus nunc postulat ut ad illum titulum, quo crimina & delicta patefiant (b) accedamus.

(a) in præcedentibus disputationibus, (b) Cuiatius ff. & C. h. t.

THESIS I.

Questio est inquisitio veritatis per tormenta, corporis, cordis, & animi dolorem.

1. Item apud Lab. §. quæstionem 41 ff. de iniurijs, l. 23. §. 4. ad l. Aquiliam. Azo in summa de Quæst. Hipp. in Rubrica h. t. Brun. in tract. de indic. & tortur.

II.

In primis de personis quæ torqueri possint vel non possint, videamus: (a) ubi regulam constituo omnes illas, quæ legibus specialiter exceptæ non inveniuntur torqueri posse. (b)

(a) argum. § 1. Inst. de iure pers. facit lex si quæramus ff. de testamentis, cum concordã. (b) Clarus q. 64. §. fin. vers. ubi subsunt lib. 5. Gomez. cap. 3. tom. 3. de tortur. glo. in l. 1. h. t. & est communis opinio vt Gomez. d. loc.

III.

Excepti vero sunt innocentes omnes, (a) impuberes, (b) grauida mulieres, (c) milites, cum filijs suis, (d) Senatores, (e) Nobiles, (f) & senes, nisi leuis esset tortura. (g)

(a) l. Nihil C. h. t. (b) l. 1. §. impuberi de SC. Syll. (c) l. 3. ff. de pœnis. (d) l. 8. C. h. t. l. 4. C. ad l. Iul. Maieft. l. 3. §. 1. ff. de re militari: quod de militibus intelligendum puto, qui hodie dicuntur equites ord. & Capitanei, vel ductores militum. Clarus d. q. 64. ver. quæro etiã 16. lib. 5. & lib. 2. §. Miles. quia in gregar. & priuaris militibus, quotidianus vsus contrarium docet, quem omnes approbant. Boss. in tit. de ind. nu. 108. Clar. d. loc. (e) l. Decuriones 16. C. h. t. l. oēs 33 C. de Decur. lib. 10 d. l. 4. ad l. Iul. Maieft. l. seuerã 10. C. de dignit. lib. 12. Hipp. in l. Edictum nu. 3. & seq. h. t. Clar. d. lib. 5. vers. præterea quæro 18. (f) d. l. Omnes C. de Decur. l. Nullus 4. vers. Militiæ, vel generis, C. ad l. Iul. Maieft. (g) Gomez. d. tom. 3. cap. 13. num. 3. arg. l. 3. §. ignoscitur. ff. de SC. Syll. & l. 7. h. t. tenet expresse Ioan. And. in c. cum in contemplat. de R. l. & Dd. commun. vt Gomez. illos d. loc. citat. Clar. d. lib. 5. q. 64. vers. non etiam iudex.

IIII.

An Doctores & Clerici eodem priuilegio, quo dicta priuilegiata persona gaudent? De Doctolibus (a) affirmo, de Clericis vero distinguo. (b)

(a) quia eadem ratio, quæ in militibus, & communis Dd. opinio: in l. Milites C. h. t. & in l. 4. C. ad l. Iul. Maieft. Sunt enim milites iustitiæ, per quos errorũ tenebris profugatis, totus orbis velut sidus matutinum, & splendor firmamenti irradiat, qui non minus generi humano, quam illi, qui armis hosti resistunt; prouident, Hipp. in d. l. Edictum nu. 5. tenet Clarus lib. 5. q. 64. vers. quæro an Doctores: Contra Gand in tit. de quæst. num. 38. Odofr. in tract. de Quæst. in fin. & Guidon. de Suzar. in tract. de ind. & tortur. nu. 108. qui consuetudinem contra: prætendunt, facit textus in l. Medicos 6. vers. exhiberi, vel iniuriã pa-

am pati, C. de profess. lib. 10. & facit l. vnic. C. de professorib. lib. 12. (b) cum Iul. Clar. d. lib. 5. quæ ff. 64. vers. Sed an Clerici Hipp. sing. 55. & in l. Edictum, num. 9. h. t.

V.

Predicta priuilegia in crimine læsæ Maiestatis diuina vel humane, vel in aquè graui neminem à tormentis liberant.

l. 3. 4. C. ad l. Iul. Maiest. l. 10. ff. h. t. l. proditores ff. de re militari: & vtrouique Dd. & Gomez num. 3. d. tom. de tortur. quod intelligo de Dignitate non vero de periculo partus, ætatis, vel debilitatis, cum Gomez d. loc.

VI.

Tortura verò, quia res fragilis, fallax & periculosa est, & alij tanta tormentorum patientia, vt veritas erui non possit; alij tanta impatientia, vt quiduis mentiri, quam torturam pati velint, (a) in primis quando & quatenus quæstio adhibenda sit, videamus: (b) & cū mentis iudicium dolor aliquando tollat, & quæstio sola fidem non faciat, (c) ab ea initium non est sumendum. (d)

(a) d. l. 1. in prin. Gomez. d. loc. (b) d. l. 1. in prin. & §. 23. Gomez. d. loc. in princ. (c) d. l. 1. facit l. si adulterium §. imperatores ff. ad l. Iul. de adulter. Hipp. in l. in criminibus num. 2. & in sing. 217. Gomez. d. loc. (d) l. 8. C. h. t. l. 20. ff. eod.

VII.

Sed antequam quis quæstioni subijciatur, tria perpendenda sunt iudici: primum, delictum esse commissum, (a) secundum, tale esse pro quo torqueri licet, (b) tertio id ipsum aliter quam per torturam plenè probari non posse. (c)

(a) Hipp. in princ. causar. crim. num. 5. 17. & seqq. Clarus lib. 5. §. vlt. q. 64. Gothof. ad l. 1. ff. h. t. (b) argumentis enim iudex causam examinare debet, d. l. 1. §. 4. ff. h. t. (c) Nam delictum plenè probatum quæstione non eget, per ea quæ tradit. Hipp. d. loc. num. 8. ex l. 8. vers. non aliter, & l. seq. vers. sed si aliter ff. h. tit. Gomez. d. tomo 3. c. 13. nu. 25. Clarus lib. 5. q. 64. vers. debet etiam.

VIII.

Nec ex quouis delicto, & passim quæstio est decernenda, sed tantum si criminalis, atrox, & capitalis, (a) puta Adultery, (b) Homicidij, (c) Læsæ Maiest. (d) falsi; (e) Sacrilegij, (f) ac hodie furti (g) falsa moneta. (h)

(a) l. 8. ff. h. t. Clar. d. loc. vers. præterea debet. VVesemb. in parat. num. 5. h. t. (b) l. 30. C. de Adult. N. constit. 134. c. 10. (c) §. item lex Corn. Inst. de pub. iud. (d) l. 3. ff. l. 5. C. ad l. Iul. Maiest. (e) l. 6. §. cum de falso, l. hæreditarij 2. l. extraneo 17. §. 1. ff. l. 10. & 13. C. h. t. (f) l. 6. & 9. ff. ad l. Iul. peculatus. (g) §. si quis quinque solidos. In vsibus feudor. de pace tenenda. (h) l. 2. C. de falsa moneta. Art. III. Const. Carol. V. de pub. iud.

IX.

Non igitur tortura, quæ leui pœnâ grauior est, (a) reo nondum victo inferri debet, quæ ex condemnatione inferenda foret. (b)

(a) Clar.

(a) Clar. in d. vers. præterea. VVesemb. in d. loc. (b) Clar. in d. vers. & VVesemb. d. loc. num. 5. Quamuis Alber. in l. Edictum num. 4. h. t. contrarium teneat, & per communem consuetudinem probet, nostra sententia de iure est verior.

X.

Pro omnibus vero delictis aut iniurijs etiam realibus, in quibus pecuniaria pœna locum habet, inferri non potest.

l. Edictum § l. Diuus 9. l. de minore 10. ff. h. t. Bald. in l. 13. num. 6. C. de Transact. Clar. & VVesenib. in dd. loc.

XI.

Ex prædictis hanc questionem pono. An mercatores, qui bonis cedunt, & fuga sibi salutem querunt, si ad vincula, & potestatem suorum creditorum deueniant, tormentis subiici possunt? Negantem partem, nisi crimen annexum sit, defendo.

Nam ubicunque leges in ciuili & pecuniaria causa de tortura loquuntur, de seruis, & non de liberis hominibus intelligendæ sunt. Hipp. in l. Diuus Pius nu 5. vbi Alex. consil. 77. volum. 1. allegat & in pract. §. expedita, num. 61. & 62. facit l. 9 ff. l. 15. & vlt. C. h. t.

XII.

Patet ex præcedentibus torturam adhiberi non posse, nisi grauia & sufficientia indicia, (a) quæ semiplenam probationem inducunt, præcedant. (b)

(a) l. penult. l. 1. §. 2. ff. l. 8. C. h. t. gloss. & Bart. in d. l. penult. & alij, quos Hipp. in l. in criminibus num. 14. refert. (b) Gomez. d. loc. Clar. in §. fin. q. 64. vers. debet etiam Alex. consil. 5. volum. 1. incipit in causa inquisitionis. Sal. in l. 2. C. de custod. reor.

XIII.

Quæ autem præsumptiones & indicia sufficiant, iudex Deum timens diligenter consideret: solam quidem famam ad inquirendum & capiendum; non autem ad torquendum absque alijs indicijs sufficere censeo.

Iason in reper. l. admonendi num. 297 ff. de iureiu. Clar. lib. 5 § fin. q. 21. qui ibi multos allegat. Hipp. in d. l. de minore. §. plurimum n. 29. Nisi fama vehemens, communis, & ab honestis personis originem haberet. Hipp. d. loc. num. 29. & seq. vbi Bart. consil. 191. Bald. consil. 131. volum. 2. Alex. in l. fin. h. t. & plures ad hanc sententiam adducit.

XIV.

Quod etiam in crimine læsæ Maiestatis verum est.

l. 3. C. ad l. Iul. Maiestatis & ibi Cyn. Bald. & Salic Hipp. in l. de minore ff. h. t. n. 9.

XV.

Sed an vnicus testis ad torturam indicium faciat: ex eo quod ll. vbique pluraliter loquuntur, (a) dubium videtur? Quod affirmo si integer & omni exceptione maior de visu attestetur. (b)

(a) l. 1. §. tormenta, l. vnus 18. §. 1. l. fin. ff. l. 3. l. milites 8. §. oportet. C. h. rit. (b) VVesemb. in parat. h. t. num. 7. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. vers. sed quid si testis & q. 22. vers. vnum tamen.

Hic

XVI.

Hic obiter querendum occurrit, num maleficorum & Sagarum in aqua frigida probatio indicium si natent ad torturam, si vero, submergatur ad absoluendum, (a) faciat? Ego eiusmodi probationem superstitiosam damnandam censeo. (b)

(a) Scribon. Marpurg. lib. 2. de Sagarum natura & potestate illam probationem ab antiquitate, & continuo in multis locis vsu defendit, & Cuiac. pro se allegat. (b) Quia ratio neque naturalis, neque legalis, diuina vel humana reddi potest; ergo nec veritas in epist. S. Gregorij ad Brunichildam Reg. Franc. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. Panor. Petrus de Anchorano in c. fin. de purgat. vulg. Bodinus lib. 4. c. 4. de Magorū Dæmonom. circa finem. Binsfeldius in tractatu de confessione malef. fol. 150. & seq. qui Nauar. & plures allegat.

XVII.

Idem de ferri candentis & aqua calida probatione sentio, qui vsus in Gallia & Liuonia esse solet. Quia ferrum candens à natura sua tam bonos quam malos ladic, ideo nihil aliud est, quam Deum tentare & miraculum ab illo petere.

D. Thom. d. loc. Couar. lib. 4. variar. resol. cap. 23. Binsfeld. d. loc.

XVIII.

Multominus denunciations diuinorum & incantatorum indicia ad capturam & torturam (a) sufficiunt, & Iudex ex illis indicijs procedens à pœna non excusatur. (b)

(a) Const. Carol. V. de Iudic. pub. art. 21. l. Item apud 15. §. si quis 13. ff. de iniur. & ibi Dd. diuinationes sunt illicitæ, ideo non faciunt indicium ad torturam: (b) l. 5. & l. seq. C. de Malef. & Mathem. Clar. q. 64 lib. 5. vers. antequam tamen, iuxta distinctionem, quam tradit. Hipp. in præallegatis.

XIX.

Ex præcedentibus ita positis concludo confessiones à reis in tormentis huiusmodi indicia subsecutis extortas, etiamsi post tormenta non reuocentur ipso iure esse nullas, nec cõdemnationem operari posse.

Bart. & Dd. in l. penult. ff. h. t. Alexand. in l. qui in aliena, §. Celsus num. 12. de acquir. hæred. Iason ibidem nu. 38. Hipp. in l. pen. nu. 3. 10. & seqq. & in pract. in §. 2. quæstio. nu. 2. 3. & seqq.

XX.

Sed queritur vtrum delicto plenè probato reus nihilominus ad tormenta trahendus sit? (a) Quod nisi cum protestatione fiat nego. (b)

(a) Clar. in d. q. 64. vers. Debet etiam, qui ibi multos allegat. Hipp. in pract. crim. §. nunc videndum nu. 25. & conf. 55. num. 52 (b) Clar. d. loc. l. 8. h. t. Gomez. d. tom. 3. de tortur. n. 20. & 25. Hipp. in l. 1. num. 7. ff. h. t. l. 8. & 9. ff. l. quoties, C. h. t. Contrarium Parlamentum Parisiense tenet teste Pap. lib. 24. num. 9. arresto. 1.

XXI.

Quid autem si reus, delictum ante torturam probatum, in tortura neget, an probationes contra se existentes, purgasse videbitur. vt ad ordinariam pœnam non teneatur? Quod iuri,

iuri, & equitati consentaneum puto, si praemissa protestatio in actis non appareat.

arg. l. 1. 3. & 9. ff. h. t. & Bart. ad d. l. 1. Hipp. in d. l. Edictum num. 2. & quos ibi allegat, licet in pract. crim. §. quoniam n. 49. & in l. repeti num. 24. plenam probationem non praemittat. Gomez. d. tom. 3. cap. 13. num. 20. Clar. d. q. 64. vers. illata reo, & vers. Scias etiam, & vers. veritas.

XXII.

Prædicta procedunt, nisi reus accusatus & requisitus non comparuisset, & propter contumaciam in banno positus esset; is enim postea deprehensus, sine iudicijs ad torturam trahi potest.

Hipp. sing. 117. vers. Ad torturam verb. Attamen & Bald. ibi & alios Dd. allegat, & in l. 1. in prin. & in l. penult. in fin. ff. h. t.

XXIII.

Ex praemissis certum sit iudicem, qui aliquem sine legitimis iudicijs iniuste tormentis subijcit, puniendum esse: sed qua poena dubitatur? Ego distinguendum puto & si odio, dolore malo fecerit capite plectendum, (a) ijs vero cessantibus, iniuriarum arbitrio superioris iudicis, (b) teneri assero.

(a) Ratio, quia tortura utriusque manus abscissione durior est. Hipp. in l. 1. §. praeterea num. 8. ff. ad l. Corn. de Sicar. & in l. Diuus num. 2. h. t. VVesemb. in parat num. 5. h. t. No. Const. 134. cap. fin. arg. à priuato carcere ad torturam, l. vnica. C. de priuatis car. Plus enim est aliquem tormentis affici, quam detineri (b) l. 1. ff. de iniur. Hipp. in l. Quaestionis, nu. 73. h. t.

XXIV.

Vidimus delictorum species, (a) & indicia, (b) ex quibus tortura inferri potest: addamus breuiter modos, quos duos tantum, reiectis Dd. aliorum opinionibus (c) pono, vel ex officio vel ad partis instantiam. (d) proceditur.

(a) in thes. 8. (b) ut in praecedentib. (c) quos refert Clar. d. lib. 5. §. fin. q. 3. in prin. (d) cū Clar. d. loc. quia in toto iure alius modus expressus non inuenitur.

XXV.

Ex officio quando index à seipso & ex suo officio informationem assumit, & contra delinquentem per viam inquisitionis procedit.

Clar. d. lib. 1. q. 3. & latius in vers. seq. & per Dd. in vers. debet aut, & in q. 31. vers. que ro nunquid, & seq. & q. 28. vers. Scias autem, de quo c. inquisitionis & ibi ordinaria Canonistarum sedes. ext. de Accusat.

XXVI.

Ad partis instantiam, quando offensus, vel alius ad quem ius accusandi spectat, querelam ad iudicem defert.

Clar. d. loc. q. 3. lib. 5. de quo totus titulus ff. & C. de Accusat.

COROL

COROLLARIA.

I.

Reus in tormentis de suo delicto, & non alieno, vel in caput alterius interrogandus est.
l. 1. §. Diuus Antoninus h. t. & ibi Hipp. num. 2. & seqq. l. 16. & ibi Hipp. nu. 39. & seqq.
h. t. vbi 4. casus excipit, quorum etiam meminit in d. §. Diuus d. n.

II.

Tortura in presentia iudicis, duorum assessorum, & notarij fieri debet.
A. t. 47. vers. So in der seßgemelten. Const. Carol. V. de public. iudic. l. Custodias 12. ff.
de publicis iudicijs.

III.

Præsumptiones & indicia qua iudicem mouere possunt, vt torturam contra reum decernat, an offensi exculpatione, vel confessione diluantur, quaestionis est? Ego aientium parti subscribo.

Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 4. in fi l. 2. ff. ad SC. Sylla. Marsil. in præf. crim. §. diligenter num. 200. Idem conf. 17. Felin. in c. 1. num. 18. & in c. literas num. 20. de præsump.

IIII.

Tortus secundum præmissa confessus, & perseuerans in confessione sua, condemnandus est.

18. h. t. Art. So auff erfundene 60. & art. 8. Const. Carol. V. de pub. iud. Iul. Clar. q. 93. vers. fuit aliquando lib. 5. & q. 65. in prin eodem lib.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





B.I.G.

Farbkarte #13



THESES DE QVAESTIO- NIBVS ET TORTVRIS.

AD QVAS
DIVINI NUMINIS AVXILIO SVB
PRAESIDIO CLARISSIMORVM AC CONSVLTISSIMORVM virorum D. Iohannis Michaëlis Cronenburg,
& D. Iohannis Hollandt, SS. LL. Licentiatorum Dictatoris & Fiscii, in celeberrimo Iurisconsultorum
apud Vbios Collegio publicè
respondebit.

LAVRENTIVS Beeck.

*Anno Virginei partus MD. XCIII.
XIIII. Kalend. Septemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE Aaa
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



104
97

